



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Incolæ Æthiopiæ n. 61

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

Par. II. A SELECTIS VIRIS. Clas. X. 419  
Venturos in Indiam Clericos vnius nouæ Religionis in Eccle-  
sia Dei fundandæ illarum Nationum bono. Euentusque ve-  
rum Vaticinum probavit. Ita Tom. I. viror. Illust. Soc. vit. S. Xauer.  
cap. 4. fin.

61. AB INCOLA ÆTHIOPIÆ, Qui antequam ope No-  
strorum Christo adiungeretur, asseuerauit etiam, apud Gallas agens  
(Populus Æthiopæ præ ceteris barbarus) Venturos eò breui Sa-  
cerdotes albos, qui Æthiopiam errorum plenam, aliam le-  
gem essent edocaturi. Sic apud Imag. 1. sec. Soc. lib. 1. cap. 2.  
fol. 64.

62. \* A IOANN. ESCUDER, Insignis virtutis Heremi-  
ta, & ob sanctimoniam, & miraculorum patrationem magni habito  
à Valentiniis, inter quos ipse vitam agebat; qui in quadam Epistola  
ad Mosssem Pardum, postquam duorum Regum, & aliorum Princi-  
pum captiuitatem recensuisset, sic ait: Fæmina cooperta, & ami-  
cta sole parturiens magnos edet clamores, & pariet puerum,  
qui Mundi gubernacula tractabit: hoc est (inquit ipse) super  
Romanam Ecclesiam noua quædam orietur Religio, desig-  
nata, vt in Mundum prodeat, & Apostolorum instar annun-  
ciatura Euangeliū, admonituraque fideles, vt fidei suspen-  
taculo innitentes, nec persecutiones timeant, nec fascinora  
filij perditionis: sed vigiles stent, ne cadant; imminet enim  
periculum, constituturum in Ecclesia Dei Idolum aliquod,  
& fortè Pseudo-Pontificem, nisi se ipsum constituat, cogat-  
que in Deum adorari. Tunc apparebit cælestis quidam ho-  
mo, à quo dissoluentur, enodabunturque Sacrae Scripturæ  
nodi. Mihi autem persuadeo, hæc omnia breui euentura,  
nisi sententiam reuocet Deus, vt cum Niniuitis fecit. Spir-  
itus sanctus te custodiat. In Æde S. Christophori de Concen-  
tayna 23. Octob. 1435.

63. \* A GASPARE ESCOLANO *Iste propheticus sermo* Lutheri in-  
*dicti Heremita de Societate explicatur egregie. Par. 2. Decadis I. Hi-*  
*storie Valentinorum per hæc verba: Quod asserit de Religione*  
*noua, nouisque hæresibus, videtur nobis depingere Martini*  
*Lutheri*  
*sequens ve-*  
*stigia eius*  
*erroribus*  
*oppontar.*

Ggg 2

Lutheri